

Sermo

xl

agnoscit. et ideo verax su. In sui stabilitate quod se ipse dicit quod est et non mutatur nec in sapientia nec in bonitate nec in voluntate. Mal. Ego su deus et non mutor. Jac. Apud quem non est transmutatio. Verborum firmitate. Jo. Sermo tuus verus est. Hebreo. Impossibile mentiri deum. Pro-missorum impletione. ps. Que procedunt de labiis eius non faciam irrita. Hebreo. teneantur spiritus. n. confes fidelis est. n. qui repromisit. Et inde sequitur quod ego qui exiui ab eo su veritas nec operor nec loquor nisi quod est veritas. Et ego cognoui eum. et si dixerim (quod absit) quod non cognoui eum ero mendax et sic falsus ero vobis quia omnis homo purus de se mendax est nec habet veritatem nature nec cordis nec sermonis nec operis nisi a solo deo. Sed ego scio. i. cognosco esse. s. deum. preterea quia ab eo exiui per eternam generationem et ipse me misit. i. incarnari voluit sicut me in carne videt. Sequitur quod maiores iudeorum qui ibi erant scandalizati ex eo quod filium dei se nominabat et illos mendaces esse dicebat volebant apprehendere eum ut ipsi eum occiderent aut pylato eum occidendum traderent. tamen nemo fuit ausus ponere manum suam in eum. Et ratio redditur in euangelio quod nondum venit hora eius qua christus occidi volebat. Ipse enim dixit et horam et genus mortis sue in sua potestate retinuit nec aut capi aut occidi potuit aliter quam ipse voluit. Et ideo mors sua que fuit redemptio nostra solum de sua benignitate processit. Sequitur finis euangelii ubi dicitur quod multi de turba. i. laici populi et pauperes crediderunt in eum. Ecce utilitas predicacionis que si non omnes multi tamen ex predicacione conuersi sunt. Et ideo bene dicitur. Beati qui audierunt verbum dei. Rogemus dominum ut det nobis sicut ex predicacione quam sepe modo audimus ita proficere ut mereamur habere dei gratiam in presentia et eternam gloriam in futuro. Quod nobis pretere dignetur. etc.

Feria quarta post dominicam quartam. xl.

Proteries Ihs vidit homines cecum a natiuitate. etc. Jo. ix. In quadragesima sepe predicatur de his tribus. scilicet de peccato que sit vanosus ut vitetur. de dei misericordia que sit magna ut desideretur. penitentia que sit utilis ut ametur dulciter portetur. et de his tribus agit in euangelio hodierno. Primo que sit magna peccatorum. miseria sub figura cuiusdam cecum. 2o que abundans sit christi misericordia in sanatione illius. Tertio que virtuosa sit penitentia sub figura lotionis eiusdem. Et ideo preterea euangelium est cum multa deuotione audiendum cum multa diligentia memorie commendandum cum prompta voluntate a nobis exequendum. ut. scilicet quod a christo de lotionis dictum est